

## PSYCHOLOGIÆ

## PARS II.

## RATIONALIS.

DE HIS, QUÆ DE ANIMA HUMANA RATIOCINANDO COGNOSCI POSSUNT.

## QUOD HILUS PARTIS ARGUMENTUM?

CXXX. Psychologia rationalis ex principiis in empirica constabilitis ratiocinatio, atque ea, quæ ad inferiorem animae indolem pertinent, argumentando concludit (§. 2.). Quæ hujus generis sunt, ad quatuor summa capita revocantur: primum ipsa natura animæ investiganda, deinde commercium, quod cum corpore habet, examinandum, tum inquirendum in idearum originem; postremo perpetui illius duratae constituta est. Quatuor inde sectiones oririunt, quæ hujus partis argumentum absolvunt. His denique promissam (§. sch.), at brevem de bestiarum animis tractationem adnotant.

## SECTIO I.

## DE NATURA ANIME HUMANA.

## QUAE SECTIONIS SUMMA?

CXXXI. Ens illud, quod in nobis cogitat, animam vocavi (§. 4.): hujus jam natura, intimaque constitutio definienda est: quia in re ita versabor, ut primum essentiale illam inter, ac corpus disciripem, deinde simpliciter, ac spiritualiter solidissimis argumentis evincam. Tum agam de celebri in philosophia quaestione: utrum materiam cogitare possit? modumque, quo omnis dubitatio feliciter tollatur, suppeditabo: postea in quo ejus tam essentialiam, quam naturam constitutur, ac tandem quia ratione orta sit, docebo.

## CAPUT I.

*De Essentiali Animam inter, ac Corpus discriminante.*

## PERCEPCIO NON EST MOTUS PARTICUM?

CXXXII. *Percepio non est motio particularum subtilissimorum corporis.* Imprimis enim percepimus res, quæ nullam in corpore motionem efficiere possunt, ut Deum, spiritus, virtutes, vita, spatum vacuum, possibilitates, ac essentias rerum; id vero in absurdâ hac hypothesi fieri minime posset. Deinde diversæ perceptio[n]es forent, utique diversi motus, sicut diversi toni, diversi quoque sunt chordas tensæ tremores: quid igitur cum diversæ perceptio-

## Psychologiae P. II. Sect. I. Cap. I. De Essentiali etc. 109

nes simul in nobis existunt, an motiones illæ diversæ in diversis sunt corporis partibus, an in eadem? certe non illud? nam ego ipse, qui habeo, et dum habeo perceptionem albedinis rosæ, simil habeo perceptionem odoris, magnitudinis, figuræ; sed neque hoc; nam una, eademque corporis portio eodem tempore momento diversis motibus agitari nequit, cum omnis motionis diversitas in diversa celeritate, ac directione consistat.

## NEQUE CONSCIENTIA?

CXXXIII. *Conscientia non est motio particularum subtilissimorum corporis.* Cum conscientia sit perceptio, sive representatio perceptionis; si ea consistet in motu, necesse foret, ut unus particularis motus representaret alium; at qui istud? estne motus, qui constitutus conscientiam simili illi, qui simplicem perceptionem constituit, ad dissimilis; si primum: non est conscientia, sed simplex perceptio, quemadmodum sonus reflexus non est directi animadversio; si alterum: non est representatio priors: sicut enim motus curvilineus unius corporis neque representaret motum rectilineum alterius; ita generatus motus quicunque aliud dissimilis representare non potest. Addo duas has motiones vel in eadem; vel in diversis corporis partibus futuras, quorum rursus utrumque repugnat (§. pracc.).

## NEQUE JUDICIVM?

CXXXIV. *Judicivm non est motio particularum subtilissimorum corporis.* Imprimis animi deherent duo diversi motus, quorum unus ideam praedicavit, alter subjecti constitueret, simul in eadem corporis parte consistere, nequecum enim ideæ inter se conferri, quod in judicio fit, nisi simul eidem enti praesentes adsint; sed motus diversi in eadem corporis parte simul consistere non possunt. Deinde cum in judicio affirmativo ideas subjecti, et praedicati per affirmationem conjungantur, conjungerentur in hac hypthesi duo diversi motus; per hanc vero conjunctionem duo illi motus diversi perirent, aliasque compositus, novus, ac ab illis diversus motus oriretur, quod in mechanica demonstratur: atqui sensu intimo evidenter constat, duas illas ideas subjecti, et praedicati neque in ipso judicii affirmativi actu, neque paulo post semper perire; igitur tametsi percepciones essent motiones duntaxat, idem tamen de judicio affirmativi non posset.

## NEQUE DENIQUE ULLA COGITATIO?

*Coroll.* 1. Idem esto judicivm de ratiocinatione, quae tribus judiciis constat: ac multo magis de reliquis animæ operationibus, quales sunt reflexio, attentio, conformatio idearum distinctiarum, appetitio, volitio. Generatum igitur cogitatio non est motio particularum subtilissimorum corporis.

*Schol.* Inepita igitur est doctrina Democriti, ac Epicuri (*Lucret.* de nat. rer. l. 3. v. 162; *Laert.* de vir. phil. l. 10. segn. 63.), quo-

rum opinionem anima hominis aliud non est, quam tenuissimum corpusculum ex subtilissimis atomis motu concitatissimo agitatis constitutum, in quo motu ipsius actiones consistent. Recensuit in plumbum hoc dogma suscitarunt Tolandus (*Lettre que le mouvement est essentiel à la mat.*), Gildonus (*Oracles de la raison. Item Lettre à M. Blount*), ac quidam Locki sectator (*Médecine de l'esprit t. 2.*); quo etiam pertinet Philosophus Berolinensis (*Sans souci. Lettr. au Marquis d'Argens et passim alias*), qui insiste contredit anima nostram certam esse materias portionem, unde consequens sit, cogitationes quoque illius a materiae motu, unde consequens sit, cogitationes quoque illius a materiae motu, unde consequens sit, cogitationes quoque illius a materiae motu.

## COGITATIO NON EST MODUS MOTIONIS.

CXXXV. Cogitatio non est modus quidam motionis partium subtilissimarum corporis. Imprimis quicunque qualitatis modus aliud non est, ac ipsa qualitas, sub certa modificatione seu respectu considerata; sic color ruber, aut windis aliud non est, quam diversa coloris species, sive color ita modificatus; et colorum, utpote suum genus, in sui idea includit; sonus item acutus, aut gravis est determinata soni species; circulus aut triangulum est figura extensionis sub certa modificatione considerata; ergo etiam modus motionis corporeae aliud non est, quam quadam in specie motionis corporae; ac proinde, si cogitatio esset motionis partium subtilissimarum modus, ea esset ipsa motio, quod absurdum est (§. praec. cor.). Deinde si cogitatio quidam motionis modus foret, quevis quoque motio in specie summa, sive determinata foret quedam species, sive modus, sive gradus cogitationis; motus enim a motu non differt nisi per celeritatem; reliquiae determinationes, vel modi non tam rapti existunt, quam a nobis concipiuntur: certè quid unum habeat directionem ad orientem, alterum ad occidentem, nihil reale in corpore ponit: quod item unum moveatur in linea recta, alterum in curva; diversitatem realem in corpore non indicit; nam et illud, quod in linea curva moveatur, singulis momentis per rectam abire nititur: atque aperte repugnat quemvis motum esse certam cogitationis species: igitur repugnat quoque, cogitationem esse modum motionis partium.

Coroll. 1. Quod dicitur de uno corpore, vel particula mota, id applicari potest ad motum plurium corporum, seu massa aliquius ex particulis pluribus coalescenti; nam si progressio, vel tendetia per lineam rectam unius particulas cogitatio non sit; neque ert progressio similis decem, aut viginti particularum; positionem autem linearum directionis, quae modum motus totius massae determinant, nihil reale in ipsa massa ponunt.

## NEQUE MODUS FIGURÆ AUT ALTERIUS PROPRIETATIS CORPOREÆ?

Coroll. 2. Similiter quod de modo motionis dicimus, pertinet quoque ad modum figuræ, vel cuiuscumque alterius proprietatis in corpore seu cognitac, seu incognitac: figura enim, vel quacumque

alia proprietas, quae ipsa non est cogitatio, tantum a cognitione differt, quantum motus: igitur etiam modus figuræ, vel alterius proprietatis corporeæ cogitatio.

## NEQUE ACTIO, ET REACTIO PARTIUM.

CXXXVI. Cogitatio non est actio, et reactio partium subtilissimarum corporis. Actio et reactio partium etiam subtilissimarum corporis denique aliud non est, quam motio partium, vel certus motionis hujus modus; sed cogitatio neque motio est (§. 234. cor.), neque modus motionis particularum subtilissimarum corporis (§. praec.); ergo cogitatio non est actio, et reactio partium subtilissimarum corporis.

## QUAE HOBESII OPINIO?

Schol. Inde impium Hobbesii de cogitationum natura systema refutatur (*Elem. phil. c. 5. artie. L. de hom. 2. Item Leviat. p. 1. c. 3.*). Causa sensioris, alit, est externum corpus, sive objectum, quod premit unituscumque organum proprium, vel immediate, ut in visu, auditu, olfactu, et premendo medianibus nervis, et membranis continuum efficacem motum introrsum ad cerebrum, et inde ad cor, unde nascitur cordis resistentia, et contrapassio seu diversitia, sive conatus cordis liberantis se a pressione per motionem tendente extrorsum; qui motus propterea appetit tantum aliquid externum, atque apparito haec seu carceraria est id, quod vocamus sensiōnem, et quantum ad oculum lumen dicitur, vel color. Quam haec absurdia sint, ex superioribus patet; addam tamen quod lex S. Augustini Genensis adserit (*Solilog. I. 2. c. 2. Elem. met. p. 2. prop. 8. sch.*): *Sensus, et phantasma fallunt, dum rectum baculum; cuius dimidia pars aquae merita est, curvum exhibent; interea ratio perspicue errorem detectit, et perpetuo contradicit, etiam perdurante sensu, etphantasiae errore; quodsi nihil esset aliud ratio, nisi hic cerebri (vel cordis) conflictus; quoniam perdurat idem, dum idem refertphantasma, errorum suum non cognoscere, aut si idem se corrigeret, non idem refertphantasma, nec idem esset conflictus.* Te nunc appello, senex Malmesburiensis; ecquid ad haec? Se phantasma erroris reprehendit, perduratque idem, an ab alio dedocetur? Ab alio autem phantasma! Unde et hoc aliud? Qui altero alterum percipit; qui cum objecto confert? Ad rem. Inde vero gravissimis verbis concludit Augustinus: *quare conficitur, ut aliud simus nos; aliud sensus; siquidem cum ipse fallitur, possumus nos non falli.*

## NEQUE CONATUS AD MOTUM.

CXXXVII. Cogitatio non est conatus ad motum partium subtilissimarum corporis. Velenim conatus hic ad motum esset efficax, sive conjunctus cum motu, vel inefficax, motu nempe nondum obtineto, si primum, tum cogitatio reapse in actuali motione partium con-

sisteret, quod fieri nequit (§. 134. cor.); si alterum, sic argumentabor: cogitatio est quid realiter diversum a motu partium actuali (§. cit.); ergo conatus inefficax ad motum est conatus ad aliquid realiter diversum a cogitatione; sed conatus ad aliquid realiter diversum a cogitatione non est cogitatio: quemadmodum conatus ad deambulationem non est sessio, nec conatus ad formandan. Ciceronis situatum est electio statuae Platonem referentis: igitur conatus seu efficax, seu inefficax ad motum in partibus corporis subtillissimis non est cogitatio.

## NEQUE EFFECTUS MOTIONIS.

CXXXVIII. *Cogitatio non est effectus motionis partium subtillissimarum corporis.* Primum enim motus partium quantum eas cumque tenet, ac subtilem ponantur, nequit in massa quadam alcum effectum producere, quam diversum situm, positionem, distantiam, aut configuratiorem partium. Deinde si cogitatio esset effectus motionis partium, cogitationes nostras omnino forent per turbatas: nec unquam longum, ac subilem ratiocinium institueret licet; cum enim corporis illae partes, quae per motum suum cogitationem effere debent, ante hunc motum cogitatione destituerentur, non posset eis propriam suam motionem dirigere, neque etiam per cogitationem tunc dirigi: motus quippe, qua cogitationis causa, eam praecedere deberet. Qui igitur sublimia ratiocinia, eaque longissima tanto ordine texeremus? Qui ideae aliae ex aliis tamquam ad notum nostrum fluenter, facessere jussæ abirent, et rodirent vocatae? Qui libertatem, et eligendi potestatem tolleremus? Qui denique actiones nostras ratione et providentia gubernaremus?

Schol. Profecto non video, quomodo ens id genus cogitans ipsa bruta materia, vita, sensu, ratione, et libertate destituta perfectius, ac excellenter foret. Atque haec ita evidenter sunt, ut ipse Locrillus (*Essai phil. conc. l. entend. hum. l. 4. ch. 10. §. 163.*), cuius adversarii auctoritatem hoc in argumento responde certe non possunt, iudicem utatur, ut demonstret Deum omni corporis, ac materiae concretione carere: *Qui ponit, ita, inquit, aeternum ens cogitans (idem tene de quovis ente finito cogitante) aliud non esse, quam compositum quoddam ex subtillissimis materiis partibus, quarum unaquevis seorsum accepta cogitatione destinatur, omnem sapientiam, et cogitationem hujus enti aeterni non soli partium configurati attribuit. Verum nihil potest esse magis absurdum, quamcumque enim particularis materiae cogitatione destitutas inter se miscantur, aut commorantur, nihil tamen ipsi additur, quam nova quedam localis relatio, per quam fieri omnino nequit, ut ipsi cogitatio, et cognitio communiqueretur.*

## NEQUE CORPORIS QUALITAS.

CXXXIX. *Cogitatio non est corporis qualitas.* Sit ita; erit ea qualitas corpori vel essentialis, vel accidentialis; primum: tomus

sus ea est essentialis vel corpori qua tali, vel corpori qua sie organizata; non illud; nam alias quodvis corpus aequaliter cogitare, quod aperte pugnat cum omnibus corporum phaenomenis: non hoc, cogitatio enim neque est organizata, neque ex ea profici potest: organizatio siquidem aliud non est, quam certa positio, ac connexio particularum subtillissimarum: conjugae, comprime, dispone particularis, prout volueris, efficies quidem, ut acquirant aliam positionem, configuratiem, distantiam, et alias id genus relationes locales; ut cogitatio inde enascatur, obtinebis nunquam. Si alterum, id est, si cogitatio sit qualitas corporis accidentalis, necesse erit ut habeat rationem sufficientem (ont. §. 21.); eamque vel internam in ipso illo corpore, vel externam, sitam nempe in corpore alio (ont. §. 19.); sit prima ratio sufficiens interna; erit ea vel in figura, vel in situ, vel in tenuitate, vel in his simili sumitis particularum aut quiescentium, aut motorum; atque figura, situs, tenuitas sunt qualitates passivas quae qualitatis activae, qualis est cogitatio rationem sufficientem continere nequeunt, siue praeterea particulae sint in quiete, et ipsae omni actioni carebunt. Si autem in motis particularis tali figura, tenuitas, sita praeedit, confineretur ratio sufficiens cogitationis, consequens foret ut cogitatio vel ipsa nojo, vel motionis effectus sit, quod pugnat cum §§. 154. coroll. 138. Restat igitur, ut ratio sufficiens cogitationis externa sit contenta in corpore aliquo diverso, vel pluribus simul. Contineat ergo corpus a rationem sufficientem ut corpus b cogite: continebit vel quatenus est corpus, vel quatenus agit in b; primum certe non: nam sic quodvis corpus rationem sufficientem, cur alienum cogitet, continebet, atque adeo omne etiam corpus aequaliter cogitat; si autem alterum utrum cogitatio corporis b foret vel actio corporis a, vel reactio corporis b, vel utrumque simul; atque nihil horum fieri potest (§§. 143. cor. 156.); ergo nulla ratione cogitatio corporis quadam qualitas esse potest.

Schol. Cogitationem in quadam corporis qualitate constituit Dodwellius; sed egregia a Clarkio confutata est (*Traité de l'exist. et p. 1. c. 9. et a. 3. trac. defem. preuv. l'imm. de l'âme.*).

## NEQUE TEMPERATIO NATURÆ CORPORALIÆ.

CXL. *Cogitatio non est temperatio quaedam naturae per totum corpus diffusa, quia vigens, et sentiens.* Quid enim temperatio illa? Quid ea natura? Anne haec temperatio in ipso inheret corpore, an in natura reipsa a corpore distincta? Si hoc: erit ens, quod cogitat, realiter a corpore diversum; quod sentientiae hujus patromis non placet: si illud; necesse est, ut cogitatio vel quaedam corporis qualitas, vel motio partium, vel motionis modus, vel effectus, vel figura, situs, aut configuratio particularum sit; quae omnia, cum veritate minima, consenitie abunde demonstratum est.

Schol. Diae archi Aristotelis quondam discipuli haec fuit opinatio; de quo Cicero ita scribit (*Qq. tusc. l. 1. c. 10.*): *is in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit doctorum ho-*

minum disputantibus primo libro multos loquentes facit: duos Pherecratem quemdam Phiatonam senem, quem ait a Deu-  
calione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animam,  
et hoc esse nomen totum imane, frustaque animalia, et ani-  
mantes appellari, neque in homine nesse animum vel animam,  
nec in bestia; vixque omnem eam, quia vel agamus quid, vel  
sentiamus, in omnibus corporibus vivis aequaliter esse fusam,  
nec separabilem a corpore, quippe quae nulla sit, nec sit quid-  
pianum nisi corpus unum, et simplex ita figuratum, ut tempera-  
tione naturae vigat, et sentiat. Atque ultimam cur implio hoc Pe-  
ripateticum consputa fuisse haec doctrina? verum suscitavit eam  
haut ita pridem Maubeckius (*Prin. phys. rat. et pass. hom. Traité de l'âme* p. 109.) docens animam esse animorum quamdam, seu  
potentiam ex conjugatione corporeorum organorum enascentem,  
ejusque vestigis insistit de la Mettrie (*L'homme machine* p.  
108.) modificationem dumtaxat corporis contendens esse animam,

## ANIMA NON EST CORPUS.

**CXL.** *Anima non est corpus.* Cum anima sit id, quod in nobis  
cogitat, si ea corpus fore, necesse quoque esset, ut ejus cogitationes  
vel in certa corporis qualitate, vel in motu partium actuali, vel in  
modo quodam motu, seu in effectu a tali motione producto, vel in  
actione, et reactione fibrillarum, et nervorum sensuum, ac cerebri,  
aut cordis seu cuiuscumque alterius in corporeis massae, vel in tem-  
peratione naturae corporeae constituantur: et alioquin ens compo-  
sum, quale omne corpus est, non mutatur nisi per motum (ont. 9.  
216.), sunt autem cogitationes variae animae mutationes; atque hae  
omnia absolute repugnant (§§. 132. seqq.); ergo anima corpus non est.  
**Coroll.** Cum anima corpus non sit, evidens est anima nostra, illud  
nimur ens, quod in nobis cogitat, essentialiter, et toto gene-  
re distinctum, atque interno discrimine diversam esse non solam  
ab eo, quod nostrum corpus compellamus: sed etiam a quoquecumque  
allo, quod corporis nomine venit, quantum illud cumque subtile,  
tenue, elabroratum, et perfectissime organis instructum statuar.

**Schol. 1.** Pluocetus ita ratione concludit (*Princeps de subst. et phaen.* c. 21. §. 40.): suppono ex experientia, me actu cogitan-  
tem esse idem subjectum, quod cogitavim, ante annum unum,  
seu egitatem hoc momento cogitatemesse idem individuum  
cum egitatem, quae cogitavim ante unum annum. Deinde ita  
dem suppono ex experientia, corpus, quod hoc momento ge-  
sto non esse idem subjectum, cum eo corpore, quod gestavi ante  
unum annum. Nisi enim me jam alium habere sanguinem,  
aliam carnem, alios ungues etc. et si non omnia et corpore meo  
avolari, tamen in aprico est multas particulas inde avul-  
tas esse. Experiencia igitur me docet, in me esse duas res  
quomodoque eas appellare libuerit; alteram, quae chara-  
ctem individuationis servavit; alteram, quae eundem non

servavit. Hinc absque formidine oppositi concludo, rem charac-  
terem individuationis servantem non esse eam rem, qua characterem  
individuationis non servat, seu rem constantem, et  
semper eamdem non esse rem variabilem, et numquam eam-  
dem. Sole meridianō clarissima itaque est hoc ratiocinatio. Res  
constants, et semper eadem non est res variabilis, et differens;  
atque res cogitans est constants, et semper eadem; corpus autem  
est res variabilis, et numquam eadem; ergo res cogitans  
non est corpus, nec corpus est res cogitans. Monet subinde non  
essē hic sermonē de mutationibus accidentium, sed statuum,  
quae in re cogitante quoque contingunt, et identitatem subjecti  
non impedit, tum ex vulgarī loquendi usa dici quidem idem nunc  
esse corpus nostrum, quod fuit ante annos aliquot, quemadmodum  
etiam dicimus eundem podie Danubium propter Viennam fluere,  
qui olim fluxit (*Animae spirit. et in mort. demon. Aug. Vind.*  
1768.). At profecto si Danubius cogitare posset, non cogitaret ho-  
die: ergo sum ille, qui ante decennium Viennam allui; guttae enim  
praesentes, non haberent memoriam nisi de se ipsis: nequit quippe  
universum subiectum aliquod alterius tamquam sui ipsis me-  
minisse. Videatur quoque P. Gallus Cartier.

## QUID MATERIALISTAE — QUAE VETERUM DE NATURA ANIMAE OPINIONES?

**Schol. 2.** Atque ita in aperto est absurditas ejus opinacionis, quao  
animam homini corpoream statuit, seu deinde dicatur subtilissi-  
mos aether, vel aer, seu ignis, seu purissimum sanguis, seu quodcumque  
aliud temissimum fluidum. Erroris hujus patronos vulgo  
Materialistas vocant, quibus ex recentioribus merito accensemus  
Spinozam, cuius hoc est pronunciatum (*Eth. pro. p. 21. Cog. post.*  
*de anima*): *corpus, et anima unum, idemque individuum est,*  
*quod jam sub cogitationis, jam sub extensis attributu con-*  
*cipiatur.* Cowardum docentes animam esse vitam hominis;  
unam, eamdemque esse virtutem, qua homo movetur, visit, sentit,  
ratiocinatur, cāmque in corpore reperiri, quamdiu vivit,  
prosursus cessare, cum illud interit, et rursus existirum, ut  
primum in resurrectione universali corpus reviviscet (*Encyclast. Anim* p. 132.). Abbatem Yvonium, cuius haec apud Chaumei-  
xium profana sunt verba: *ego sum corpus, et cogito, et nihil scio*  
*praeterea.* Tribuamne prudenter causae incognitae id, quod  
facile causae secundae sufficietes cognitae, scilicet corpori,  
tribuere possum? Tum et Hobbesium, Tolandum, Dodwellum,  
aliosque non paucos, quorum monstrosi partus rogo; nomina aeter-  
na oblitione digna sunt. Plures absurdā haec sententia in veteri  
græcorum philosophia defensores nacta est, quamvis nonnulli ex  
illis excusatione quadam digni videantur; nam et necessari recte  
ratiocinandi principiū destituebantur, et saepe veram sententiam  
dubius vocabulus ita exprimebant, ut ab imperitis facile in malam  
partem accipereret.

A multis deinceps Euripi de animam ex subtilissimo aetherre constare creditum fuisse Mosheimius in Cudworthum (*Syst. int. c. 5. s. 3. §. 2.*, *n. 4. et §. 3.*) scribit: Gassendus (*Phys. s. 3. membr. post. l. 5. c. 2.*) longum contextum catalogum eorum, quae materialis, ac corporalem homini animam tribuerunt (*Cic. q. tusc. l. 1. c. 10.*). Hippocam ex aqua; Diogenes, Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus ex aere; Xenophanes ex terra, et aqua; Parmenides ex terra et igne; Boethius ex igne et aere; Critias ex sanguine; Galenus ex spiritu sanguinis, quibus illud Virgilianum consonat; purpureum vomit illa animam; Empedocles ex omnibus elementis constare docuerunt: *Democritum magnum quidem illius virum; sed levibus, et rotundis corporis efficiens continentiam concursu quodam fortuito, omittamus.* Nihil est enim apud istos, quod non atomorum turba conficiat. Hunc sequitur est Epicurus, ut alias meminimus (*Plut. de plac. phil. l. 4. c. 3.*). Stoicorum diversae erant opiniones, alii cum Chrysippo, et Appollodoro animam nostram partem ab anima mundana avulsam; alii cum Zenone, et Posidonio spiritum calidum, per quem spicemus, et moveamus, esse tradiderunt: hi octo animae partes statuerunt; quinque sensus, tum generandi, ac loquendi facultatem; denique partem principem, quae rationinem, queaque vel in corde vel in capite residetur; alii, qui ignem ubique admiserunt, animum quicunque ignem, sed intelligentem, et artificialem compellante, hac definitione *τυπωτικόν*, & *τύπον* complexi sunt; plurimi generaliter animam corpus dixerunt: verum alia tum hujus vocabuli potestas; id siquidem virtutibus, ac virtutis, aliquis etiam corporum qualitatibus perspexisse tribuebat. Zeno Eleates (*Dict. hist. et crit. art. Zeno*), teste Baylo, contendit animam humanam ex temperamento calidi, humid, frigid, et aridi nullo eorum praedominante coaluisse. Aristoteles (*Degen. anim. l. 2. c. 3.*) quatuor in anima res distinguit, *ψυχήν* mentem, *τύπον* animum, *τύπον* spiritum, *φύσιν* naturam in spiritu residentem; at quomodo eas inter se copulatae sint, non indicat: extrinsecus in corpus humanum advenire putat: *ψυχή* ex semine edicit, in quo *τύπον* *ζωῆς* *τύπον* calidum, et principium vitale responderet arbitrio (*Syst. in tell. c. 5. s. 5. §. 5. not.*). Ulherius ista Mosheimius in Cudworthum explicavit. Non porro, siue mentem quintum fuisse Aristoteli elementum, aut corpus coelesti natura, quae quatuor elementis addenda, praedium ex Tullio discimus (*Qq. tusc. l. 1. c. 10.*): Aristoteles longe omnibus (Platonem semper excipio) praestans et ingenio, et diligentia, cum quatuor nota illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quamdam naturam censem esse, e qua sit mens. Cogitare enim, et providere, et discere, et docere, et inventare, aliud, et tam multa alia meminisse, amare, odire, cupere, timere, angustari, haec et similia eorum in horum quatuor generum nullo inesse putat. Quintum genus adhibet vacans nomine, et sic ipsum animum *τύπον* *ζωῆς* appellat.

*lat. novo nomine, quasi quādam continuatam motionem, et perennem.*

Quoniam diversas veterum de anima natura opiniones enarrare coepit, persequar et reliquias, quae memoratu digniores videntur. Thales (*Stob. edog. phys. c. 9. 40. p. 93.*) animam vocavit *σύρινθον* naturam seipsam moventem, et *Kovirix*, quod motum alii imperitatur, ut de eo scribit Aristoteles (*De anim. l. 2.*). Pythagoras (*Plut. de plac. phil. l. 4. §. 2. Laert. d. vit. phil. l. 8. seg. 31.*) tres animae, quam monadem se ipsam moventem dixerat, partes constituit rationalem, irascibilem, concupisibilem: rationalis, sive mens immortalis est, atque extrinsecus animae inseritur *τίτανος* participation divina, utpote ex mente divina delibata est enim illius opinione, ut at Cicero, animus per naturam rerum omnium intentus, et commans, ex quo nostri animi carpuntur. Plato (*De rep. l. 10. p. 894.*) animum definit esse rem, quae in se habeat potestatem et se ipsum, alias res moventi; deinde, auctore Alcinoo, immortalitatem hisce rationibus probat: quod incorporeo sit; quodque a se ipsa moveatur, id est, immatram, semperque sua in operantem vitam possideat; quod enim, ita arguit, a se ipso moveatur cum sit motus in iis quae moventur principium, semper movent, quod autem tale est, immortale est (*Stanlejus hist. phil. t. 1. p. 4. doct. Plat. c. 25.*). Vulgo Platonici duas esse animas assertuerunt, sentientem unam, rationalem alteram; illam divinae originis, ac immortalem; hanc naturae multo inferioris; neque eius generis, ut perire prorsus nequeat: hanc illius velut vehiculum; agere utramque tamen, quod vita durat, arcuissimum copulatam neque post mortem hunc hexum rumpit, nisi cum rationalis aut nihil persensus in vita peccavit, aut per ignem in Plutonis regno ab omni labore purgata fuit (*Syst. intell. c. 5. s. 3. §. 20. not. 4. §. 4.*); tum enim ipsam, relicta apud inferos sentiente anima, ad superos, ac beatorum sedes avolare (*Stanl. histor. phil. c. 4. p. 3. phil. chal. s. 1. c. 10.*). Quin, ut eruditus adnotavit Mosheimius in Cudworthum, haec opinio videtur olim admodum perulgata fuisse, plurimorumque animis insedit tametsi poetarum fabulis subinde multum depravata fuerit. Chaldaei certe ratio omium antiquissima, animum ignem esse docuerunt; sed immateriale, ac incorporeum; ab omnibus compositis, et corporibus distinctum, ac immortaliter; fuisse eum in lucidi sedibus, antequam cura hoc crassiori corpori conjungeretur, hancque conjunctionem ope ejusdem vehicul; quod animam irrationaliem compellabant, perfici. Extant quoque dogmata hujus vestigia apud Homerum, cui animus rationalis *ψυχή* res anima, vero ratione carens, sed vita, sensus, et cupiditatis instructa *τύπος* dicitur. Duo, quibus id confirmet Mosheimius et laudato poeta profert. Primum: Ulysses apud inferos coniuncti animam Herculis, at non totam, et integrum, quales aliae sunt eo in loco detentae, verum nobilissima sui parte, mente carentem; haec quippe jam ad Deum avolaverat. Tum Achilli in

littore maris dormienti appetet Patrocli anima sensu quidem et vita praedita, sed ratione, ac mente vacua.

## QUID VEHICULUM MENTIS?

NON DATUR ANIMA VEGETATIVA NEQUE SENSITIVA DISTINCTA IN HOMINE.

*Schol. 3.* Doctrina de vehiculo quedam mentis, seu spiritus, licet non parum immutata deinceps multo magis invalidit, ac fere in communem omnium philosophorum opinionem, quod Plutarcus testatur, abiit (*De plac. phil. l. 4.*); neque paucis ex primis christianorum philosophis platoniticorum dogmatum studiosioribus eidem adhaeserunt, ut ex Ireneaco colligi potest (*I. c. 6. et 7.*). Verum diversa ratione sententia ista proponitur tuis Alii, quod intellegere nequit, quod pacto spiritus cum corpore immediate uniri possit, contendebant substantia quadam quasi media inter spiritum, et corpus opus esse, ut ea uno perficiatur; quare eam spiritus vehiculum: animas corruptioni obnoxiam, et relapsa in morte perituram compellabant. Alii spiritui, sive animae rationali duo addiderunt vehicula, sive duas animas vegetativam, et sensitivam a priori, ac inter se revera distinctas, quam opinionem recentiores Peripatetici avide arripuerunt, docentes omnes tres animas in homines; duas in bellis; unam in plantis inesse. Videantur Zabarella (*Defact. enim c. 8.*) et Henricus Gundavensis (*Psy. l. 7. q. 8.*). At vero neutra sententia hodie sustineri potest. Imprimis enim illa substantia media vel corpus est, vel non; si primum, ex ipsis mentis incepta est ad constitutandam spiritus cum corpore unionem, aut si nihil minus ad id serviat, non video, cur nequeat spiritus immediate cum humano corpore copulari; idem certe est; sive cum hoc, sive cum illo corpore conjugatur; si alterum, si nimis corpus non sit, erit ea ens simplex, quoniam omne ens compositum corpus est (*com. §. 42.*), et inter ens compositum et ens simplex medium non datur (*ont. §. 170. cor. 1.*). Jam vero si illa substantia sit ens simplex, tum vel cogitat, vel non cogitat: si cogitat, est spiritus, quomodo ergo spiritum cum corpore copulabit? Si non cogitat, est ens materiae, sive elementum corpori (*§. 46.*), ac proinde spiritus cum ipsa unitus jam hoc unitur cum corpore humano ad quod illa tamquam eius elementum pertinet. Deinde quod ad animas vegetativam, ac sensitivam attinet; primum vegetatio sive ea, quae in plantis, sive quae in corpore animali perfectur, nulla igit substantia distincta, totumque negotium in physicis intelligentibus explicatur per vires mutuas, quibus substantiae materiales in se agunt, accedente mechanica ipsorum corporum, ac praecipue seminiis ab ipso naturae auctore procreatis structura nego vero etiam naturae cuidam genitrici locus esse potest (*cossn. §. 86.*). Tum sensations esse perceptions eius entis, quod in nobis ratiocinatur, ex tota psychologia empirica patet, atque inde nullo negotio solvuntur illa argumenta contraria, quae Antonio Genueni plerumque veri specie blandiuntur, ut ipso de se fatetur (*El.*

p. 2. c. 2. prop. 25. sch.). Et sane, ponamus inesse in nobis animam quampli sensitivam, quae reapse a rationali distinguatur: quid tum si, si hominis brachium igne uratur? Nonne sensitio dolorifera erit solum in anima sensitiva et rationalis cognoscet, quae ipsa non sentit? At quam hoc absurdum! nemo ignorat multo diversam inesse in nobis affectionem, cum frangitur brachium, ab illo, quam habemus, cum baculus, quem forte manus gestamus, rumpitur; at hoc casu cognoscimus, quod non sentimus. Sin autem ajas animam rationalem simili sentire; cui ergo usi erit sensitiva (*Traité de la nat. de l'ame p. 2. ch. 3.*)? Igitur duo ego erunt respectu unius sensationis? Quia unius sensationalis loco, cuius tantum nobis conscius esse solemus, semper duas aderunt. Certe nihil agunt qui sentiuntur a cogitatione distinguunt; omnes enim ens, quod sentit, simul percipit, habere se talenm sensationem, sive modum, atque percipere se esse ita modificatum est utique vero cogitare (*§. 3. sch.*). Praecela Plutarchus ait (*De industria animal.*): *Necessariam esse omnibus, quibus sit sensus, etiam mentem (animam) obtinere, quia nulla alia-re, quam mente sentimus.* Audi quoque Tullius (*Qq. tusc. l. 1. c. 26.*): *Nos ne nunc quidem oculis cernimus ea, quae vidimus; neque enim est ullus sensus in corpore; sed ut non solum physici docent, verum etiam medici, qui ista aperta, et patefacta viderunt, viae quasi quaedam sunt ad oculos, ad aures, ad narres a sede animi perforatae. Itaque saepe aut cogitatione, aut aliqua vi morbi impediti, apertis, atque integris oculis, et auribus nihil videntur, nec audimus, ut facile intelligi posse, animum et videre, et auditre; non eas partes, quae quasi fenestrae sunt animi* (*Phil. sens. mech. phys. par. p. 2. Diss. 2. s. 2. prop. 1. 3.*). Consultatur quoque Fortunatus a Brixia.

## C A P U T II.

## De Simplicitate animae Humanae.

## ANIMA NON EST ENS COMPOSITUM.

**CXLII.** *Anima humana non est ens compositum.* Ens quippe compositum cogitare nequit: cogitet enimvero ens compositum; vel quaevis ejus pars seorsim accepta habeat vim cogitandi, vel non? si hoc, etiam lotum compositum carebit haec vis; compositum enim aliud non est, quam partes certo modo coniunctae (*ont. §. 171.*), ex partibus autem quo demum cumque modo coniunctis vis activa oriuntur, nec ea, quae solum in substantia inest, unioni, utpote accidenti, tribui potest. Habeat igitur quaevis pars seorsim accepta vim cogitandi; erit ea vim in singulis vel completa, vel incompleta: hoc absolute repugnat. Nam, praeterquam quod vis cogitandi incompleta quatuor interne composita ex pluribus viribus incompletis, ac proinde

etiam quaevis perceptio ab ea elicita interne componeretur ex pluribus perceptionibus incompletis, vel quasi initialibus; quod absurdissimum dictu est, praesertim quoad perceptiones rerum simplicissimarum virtutis, affirmationis, negationis etc. Quid? quod talis vis cogitandi incompleta numquam compleri posset, ut infra dicam. Ergo alterum; id est, quaevis pars seorsum accepta habebit vim cogitandi completam; at si istud: tum quaevis pars est anima, totus erunt in ente composito anima, quot partes. Si jam mea anima tale ens compositum: habebo igitur tot animas, quot in illo composito partes insunt: atqui ego unus sum teste sensu intimo: ergo nullo modo anima potest esse ens compositionis.

*Coroll.* Cum omnino corpusculum, quantumcumque tenue, ac subtile fingatur, tamen adhuc sit ens compositum; nova ratione incorporealitas animae nostrae evita, ac absurdum materialistum hypothesis refutata est.

*Schol. 1.* *Profecto*, at dictissimus Mako (*Comp. met. inst. Psych.* §. 436. sch.), si animus esset dividua quedam natura, per certum; ut volunt, cerebelli partem pertinens, ea mentis pars, quae in extremitate nervorum in nares dimanantur sentiret odorem rosae, non posset advertere rubidum eius colorum, quem alia quaepiam animae particula, sita in extremo nervo opticu, percipere, atque ita pars ea, quae sensum odoris habet, non foret coloris sibi conscientia, quo necessario alia mentis portio afficeretur. Atqui sensum utrumque eadem dividua pars debet excipere; si enim alia colorum, alia odorem sentiret, non magis posset eorum discernere a nobis animadveri, quam si alias tantum colorum, aliustantum odorem persentissem. Profecto adhuc duo homines, cœcus unus colorum rosae non videns, alter ob malam marium affectionem odorem non persentissem: putasne alterutrum discernere inter colorum, et odorem animadversum? putasne fore, ut hic sciat, qualem hie colorum, aut illæ, qualiter hic odorem sentiat; et tamen ego ille sum, qui uno, eodemque tempore, quoties libet, colorum simul, ac odorem rosae percipio; anne igitur anima mea ex partibus constare poterit? vide Buffonum (*Traité des premières parties*, ver. p. 3. ch. 9. 460.); item Baylum (*Dict. hist. et crit. ar. Leucipp.*). Deinde cogitationes nostræ, reliquaque animæ actiones simplices sunt; omnisque realis compositionis omnino expertes; cui enim unquam cogitationem magnam, aut parvam, rotundam, vel quadratam, partem illius dimidiari, aut tertiam, vel quartam concipere licet? vide Cudworthum (*Sist. intell.* 5. s. §. 4.). Haec cogitationum simplicitas inde quoque luculententer eluet, quod insit in nobis idea unius, et individui, cum tamen res omnes sensibus nostris subiectæ compositæ sint, quoque rerum simplicissimarum ideas, ut Dei, virtutum, vitiorum, affirmationis, negationis, entis, substantiae animo informare possimus. Jam vero ut una idea in se simplicissima in ente composito, atque in partes distinctas dividu-

haereat, id omnino concipi non potest, anne ipsa in una inerit pars? an in singulis seorsum sumit? an denum in omnibus simili collectis? si primum, unum ens simplex cogitabit; si alterum: tot cogitabunt, quot partes sunt; si ultimum: cogitatio illa se individua dividetur, ac distractetur in partes, quod aperie contradictionem implicat. Haec quamquam certissima, a quibusdam tamen veritatis hostium cavillationibus vindicanda sunt.

## OPPONENTIA DUBITATIONIBUS.

*Schol. 2.* *Ajunt* (...) Possunt vires cogitandi singularium partium vel completae, vel incompletae ita conspirare, ut inde in toto ente composito una vis cogitandi exsurget; quemadmodum vires motrices elementorum simplicium, ex quibus corpora componuntur, ita conspirant, ut inde una vis motrix totius corporis oriatur (*cosm. §. 53. sch.*): potest ergo esse ens compositum cogitans, cuius singularia partes seorsum vi cogitandi pollicant.

*R.* Imprimis si via illa pars completa ponatur, otiosa est talis compositione; cum enim quaevis pars jama sibi seorsum ad cogitandum sufficiat, jam quaevis perfecta est anima. Deinde id genus conspiratio in viribus cogitandi prorsus impossibilis est: vires motrices elementorum ita consentire possunt, propterea quod ad terminum ipsius elementorum externum tendunt, hoc ipsis enim quod terminus externus sit, fieri potest, ut plures vires ad eundem tendant, atque in hac ad eundem terminum tendentia illa virum conspiratio consistit. At vires cogitandi, utpote vires sibi representatiæ, tendunt ad terminum entis, in quo ipsæ insunt, internum; quodvis enim eis sibi repreäsentat, non alteri sibi cogitat, non alteri: quare tot semper adhuc termini, quot cogitandi vires, seu quot entia iis viribus instructa, atque ideo ejusmodi virum consensio omnino impossibilis evadit. Hinc tametsi imaginatio tua ens unum ex pluribus entibus cogitantibus componas, numquam efficies, ut inde unum ens cogitans exsurget; ut totum compositum sibi cogitet, sive ut omnes eius partes velut in commune cogitent; sed quaevis eius compositi pars sibi cogitabit, ignorabitque una, quid cogitet altera, ac proxime solum, obtinebis plura entia cogitantiæ circa quodcum nexu inter se copulata. Atque hinc quoque patet non posse ponni vires cogitandi incompletas in partibus, quod supra insinuavi: nam vires eae per ipsam actuellem conspirationem compleri dehenerent, quemadmodum mea vis ad elevandum grandissimum pondus incompleta solum per conspirationem alterius vis a causa sociali accommodatas compleri potest.

*2.* Tam vis innotrix, quam celeritas simplex, ac individua est, et tandem utraque in corpore composito recipitur: ergo etiam perceptiones, tametsi simplices, ac individuae in ente composito inhaerere possunt.

*R.* Quod ad vim motricem attinet, quomodo ea in corpore inhaeret, ex nunc dictis colligitur; illa nimurum non reipsa in corpore, sed

in singulis elementis simplicibus inest; vis autem motrix totius corporis aliud non est, quam phænomenon ortum ex consipiratione seu tendentia ad eundem terminum singularem virum. Similiter celeritas, cum reapse sit modificatio vis motricis, non tam ad corpus, quam ad vires motrices singulorum elementorum pertinet. Quod si tamen, ut fere solet, ad ipsum corpus referatur, ea aliud non est, quam respectus externus, qui ex ratione spati ad tempus enascerit, ac proinde ad statum corporis externum pertinet, neque corpus ipsum velocitatis acquisitione; sed intervalla solum respectiva, ac relationes continue mutantur. At vero vis cogitandi, aut ipsa cogitatio non est phænomenon, quod ex diversis cogitationibus, aut cogitationibus enasci possit; sed est affectio vera interna, internumque animae statum afficiens: ea quippe cogitando, appetendo, volendo reapse modificatur.

3.) In horologio (idem cum proportione de quacumque machina dicet debet) nulla pars continet in se potentiari designandi horas, et tamen effectus hic enascerit ex connexione, motione, ac conspiratione omnium partium componentium; ergo etiam poterit fortassis existere in ente compósito cogitatio, tametsi ea nulli secundum partis competit; poterit fortasse fieri, ut, licet fibrillae cerebri per se ideas non habeant, ex earum tamen compositione, concurrente certa densitate, magnitudine, longitudine, siccitate, humiditate, tensione, motione ideas exoriantur. Ita fere ineptit, Lòckianus ille (*Médecine de l'esprit*, t. 1. p. 175.), et consenit Philosophus Berolinensis (*Sans souci, Epitr. a Maupertuis et a Keith*).

R. Cum Clarkio (*Trois. def. pour prôv. l'imm. de l'am.*, p. 334). Potentia indicandi horas horologio competens non quidem exurit ex similibus potentis partialibus, sicut nec numerus millenarius ex aliis millenariis, nec quod aliud cumque compositum ex pluribus eius generis compositis confatur; sed tamen oritur ex aliis potentibus ejusdem speciei, motus nimirum, et figuræ, in quibus ipsa quoque duntaxat constitit; et quemadmodum millenarius summa est multorum numerorum diversorum, non compositum ex sonis, vel coloribus; ita quoque facultate designandi horas potest oriri ex aliis ejusdem speciei qualitatibus, aut potentibus, quae insunt in partibus; non item ex aliis specie diversis. Ita etiam si cogitatio esset qualitas inherens in ente composito, sive certa materiae portione, tametsi non foret summa talium cognitionum, in partibus inherentibus, deberet ea tamen coalescere ex qualitatibus ejusdem speciei, id est, ex cogitationibus; aque enim impossibile est, ut cogitatio ex qualitatibus partium tota genere a cognitione differentibus confutetur, quales sunt motus, figura, et aliae similes, sicut fieri nequit, ut millenarius confiat ex sonis, coloribus, aut quavis alia re, vel facultate, quae ipsa toto genere a numero differat. Idem de aliis machinis qua demum cumque arte confectis iudicium est: numquam profecto alium obtinebis effectum, quam quem ex figura,

situ, inertia, motuque partium sequi posse clare perspicimus. At quam longe alia in nobis aguntur, cum percipimus, reflectimus, abstrahimus, et longissima etiam ratiocinia contextimus. Quid autem hoc rei est quæsio, exclamat Thomas Burnetus (*Destat. mort. et résur.* c. 3.), quod oblitatur corpori, si nihil sumus praeter corpus? dum fluvius decurrat in hanc partem, non potest sua vi aquas sistere, aut retro flectere in partem contrariaam. Materia nulla agit in se ipsam: nulla machina est suorum motuum conscientia, et ex illa conscientia suorum correctrix et reformatrix. Si errat nescia pergit errare donec admota manu artificis, aut domini in statum rectum ordinatur, et restituitur.

Potest ex non compositis effici compositum, ex non extensis extensem; cur igitur non etiam ex partibus non cogitantibus unum cogitans? item, ut argutatur Dodwellus contra Clarkium, rotunditas in corpore non componitur ex aliis rotunditatibus, et tamen rotunditas tantum differt ab aliis figuris, quantum cogitatio a motu circulari: ergo etiam, si cogitatio esset qualitas entis compositi, necesse minime foret, ut ipsa ex partium cogitationibus conflaretur.

R. Notiones compositi, et extensi statuarum (ont. § 3. 170. 188.) nondum perspicue solvent; licet enim ens simplex neque compositum, neque extensum sit; est tamen componens, proptereaque initium compositi ac extensi, quorum pluralitatem duntaxat has ideæ involvunt: quemadmodum unitas, etsi non numerus, eum tamen numeri initium sit, potest cum pluribus simul collecti numerum constitui, cuius pariter idea aliud non continet, quam unitatum pluralitatem; sunt igitur praedicta compositi, et extensi externa, et respectiva ad notionem aggregati: contra cogitatio est internus ensis cogitatus modus, qui solum a vi ipsi interna effici potest: unde si quod ena cogitationis incapax sit, haec incapacitas etiam in collectione plurium talium perseverat, tamque repugnat, ut ex non cogitantibus fiat unum cogitans, quam fieri nequit, ut ex contingitibus ens necessarium exurgat (conf. cosm. §. 18. sch. n. 1.). Quid deinde ad alterum: figura corporum realis, cum generatim aliud non sit, quasi certa positio partium omnium extimarum ad illud corpus pertinentium, potest utique ex singulis singularum partium positionibus, quasi ex qualitatibus ejusdem speciei coalesce; et omnino falsum est rotunditatem, vel quamvis aliam figuram a quavis alia tantum differe, quantum cogitatio a motu circulari differt. Similiter figura extensi abstracti aliud non est, quam positio linearum mathematicarum infinito parvarum juxta se positionarum, neque circulus a quadrato alter differt, ut geometrae docent, quam quod istud sit polygonum quatuor laterum aequalium ad angulos rectos positorum, dum ille in infinitorum laterum sub angulis infiniti parvis ad inclinatorum polygonum est. At vero si cogitatio posset esse qualitas entis compositi, et tamen componi non deberet ex cogitationibus partium, necesse foret, ut ipsa ex

qualitatibus totu[m] genero differentibus, motu nimurum, figura, tenuitate etc. partium, quae nec ullam cum cogitatione similitudinem habent, confitetur, quod idem est, ac si diceret: ex collectione rerorum oriri posse unitatem.

## ANIMA EST EN'S SIMPLEX.

**CXLIII.** *Anima humana est ens simplex.* Omne ens vel est ens compositum, vel ens simplex (ont. §. 170. cor. 1.); sed anima non est ens compositum (§. praecl.): restat igitur ut sit ens simplex.

**Coroll.** Quae igitur cumque de ente simplice qua tal in ontologia dicta sunt, ea animae quoque humanae convenienter, est nimurum individua, inextensa, omnis figurae express etc. etc.

**Schol. 1.** Neque desunt alia rationes, quibus haec animae simplicitas evincitur: certe necesse est, ut ea natura, quae percipit, sicutrumque perceptiōnū sibi consilia est; quae ideas inter se conferat, tuncū jūdicat, et ratiocinatur; quae appetit, libere vult, quod bonum esse cognoscit; necesse inquam est, ut id genus natura una sit, simplex, ac individua: nam absolute repugnat, ut ego, qui unus sum, ideārem discrimen pvideam, nisi utraque simul mihi praesens sit; non autem forent mihi uni simili praesentes, si una esset in una, altera in altera parte, licet ejusdem entis compōsitum, quod eveniret, si illud ego esset compōsitus. Pluribus haec Cudworthus (*Syst. intell.*, c. 5. s. 5. §. 42. seqq.) persequitur, ut quis veritatem hanc Jane a veteribus perspectam ostenderet, ex Plotino juniorum Platonicorum uno aliquo multo profert, quale istud est: si quidem sentire quidquam in nobis debet, unum id esse oportet, et uno quoddam, eademque anima percipere: et hoc fieri debet, sive per plura sensuum instrumenta ingrediantur plura, ut cum multis in re una sunt qualitates, sive etiam cum per unum videtur variū aliquid, sive vultus. Non enim aliud quidem videt nares, aliud autem oculos; sed idem cunctis simili percipit. Ao si aliud per oculos penetrat, aliud per auditum, unum tamen oportet esse, ad quod pertinant utraque, alioquin non posset animus horum differentiarū jūdicare, nisi intensitas sensuum, sensibiliumque in unum aequa confluērent. Ex his deinde Plotinus efficit unum illud: quod percipit in nobis omnia quasi centrum esse in circulo: sensus vero singulos undique non alter ad hoc ipsum, quam lineas et circumferentias ad centrum usque protendit, a que vim illam, quae cuncta comprehendit, revera unum aliquid esse, ac individuum. Similiter Thomas Burnetius (*De stat. mort. et resurg.* c. 3.) longam de incorporeitate, ac simplicitate animae humanae disputationem ita concludit. *Datur in nobis universale percipiens, vel universale conciūm.* — Quid illud sit, quare a te? ecquod est membrum, pars, aut particula corporis? una, eademque res est, quae sentit objecta externa; quae jūdicat, et ratiocinatur; quae vult, aut intelligit, denique quae impressiones recipit, et

actiones exērit, aut comitabit. Oportet ut hoc percipiens universale sit admodum simplex, et unitatis ineffabilis, ut tot impressiones recipiat sine confusione, et tot simul intueatur rerum rationes, et respectus. *Nulla pars, aut portio materiae tantas simplicitatis, aut unitatis capax nulli videatur.* — Quid unum, immo unissimum, si ita loqui licet, et simplicissimum. *Unitatis, et simplicitatis tantae, ut antea diximus, quanta concepi non potest in illa substantia extensa, divisibili, et partibus distantibus compōsita.*

## SOLVENTUR RUBIA.

**Schol. 2.** Quae in contrarium adserunt, non magis ponderis sunt; a iunct enim 1.) *Anima concepit extensem, illudque in se sibi repräsentat; sed quod simplex, et inextensem est, nequit in se representare extensem: igitur anima non est simplex, ac inextensa.*

**R. 1.** quod in assumpta propositione asseritur, a vera alienum est; nam primo si illud, quod non est extensem, nequeat repräsentare extensem, pariter neque illud, quod extensem est poterit repräsentare inextensem; atque hoc alterum adversariis non probatur. Certe negari nequit animam nostram, sive extensa sit, sive non, multa quoque percipere, quae nulla ratione extensa sunt. Deinde si quaequam in anima extensiōnē requirerētur, ut ipsa in se extensem repräsentet, etiam tanta extensiōne opus foret, quanta est in objecto repräsentandi; si enī concepi non potest, quomodo ab inextensiōne repräsentetur extensem, nec concepi poterit, quomodo a minori extenso repräsentetur major extensem. Animas igitur, cum sibi dimidiā coeli stelliferi partem repräsentat, extensiōne coelestis hemisphaerii aquare debeat; quanta absurditas!

**2.)** Contra quidem sic iniquūnt: potest in spatio valde exiguo objectum ingentis extensiōnis repräsentari; at in puncto individuo minime: igitur, tametsi aliqua animae extensiō ad objecta extensa percipienda requiratur, non tamen necesse erit, ut ea extensiō tantum, quanta est objecti.

**R. 2.** Etsi imago ingentis etiam objecti in exiguo spatio depingi possit, quod ad proportionem, et dispositionem partium attinet; quemadmodum ad clivium in charta delineatur; nequit tamen id fieri ita, ut tota eius magnitudo reapse exprimatur, et ego intuens continuo affirmantem dicere possim: objectum, cuius imaginem intueor, est tanta magnitudinem, sive extensiōnem. Jam vero anima nostra, quamprimum ideam objecti extensiōni concipi, non tantum dispositionem et proportionem partium, sed integrum illius extensiōne clare, ac distincte in se repräsentat. Quemadmodum igitur, ut imago totam objecti, cuius est imago magnitudinem, et extensiōnem exhibeat, tantæ prorsus extensiōnis esse debet: ita si anima deberet esse extensa, ut in se extensem repräsentare valeat, tanta semper in illa requireretur extensiō, quanta est in hoc.

Quae omnia cum aperte falsa, ac impossibilia sint, collatis rationibus supra allatis stundam omnino est pro simplicitate, et inextensione animae, et si modus distincte concipere nequeamus, quo ea in se objecta extensa repraesentet; quae enim cumque sententia teneatur, modus hic semper ad naturae mysteria referendus erit. Sed neque virtualis quedam extensio animae tribuenda est, ut cum nonnulli contendit Genvensis: vi cuius ipsa vel tota in cerebro, et tota in singulis ejus partibus, vel etiam tota in toto corpore, et tota in singulis corporis partibus resideat; nam id genus extensio figuramentum est, ac contradictionem implicat (ont. §. 183. sch.) Praecclare Plotinus (Cunead. l. 7. c. 6.) taras uigiles rupes dico, ro di dico. In omni magnitudine sive extensione, hoc quidem unum est, illud alterum. Cumque porro omnem magnitudinem extensem, si quidem infinita non sit, figura comitur (ont. §. 189. cor. 1.), scire pervelim, quem auctores hi, qui animam virtualiter extensam statuunt, eidem figuram assignent: rotundam, an angularem? Vellejus quidem Epicureus conum, cylindrum, ac pyramidem apud Tullium sphæræ praefert.

Denique opinionem de naturis incorporeis, simplicibus, ac omnis concretiōis materialis experitus veteribus prorsus incognitam, ac heri primo, vel nudius tertius entatam fuisse, nonnulli cavitantur, quibus tametsi id daremus, nihil utique veritati tardius inventae detrahatur. Verum non ita se res habet; et si enim antiquorum plurimi in definienda animi natura graviter hallucinati sint: et si quod Mosheimus observat (In Cudw. 23st. intell. c. 1. §. 16. not. 3.), ab eo generatio nonne illud dixerit, quod corporibus notis nobis tenuis, ab subtilius est, licet communī adhuc corporis notionē comprehensum; nonne tamen universae naturae simplices aut negatas, aut ignoratas ab his fuisse cum veritate nequamquam congruit, id quod fuisis Cudworthus demonstravit (ib. §. 19. seqq.). Certe de Pherecide Syro, Thalete, Pythagora, Platonē; tum de junioribus Platonicis, Plotino, Ammonio, Proculo, Numinio nemo dubitaverit, qui in eorum scriptis non plane hos pes fuerit. Sed audiamus prae omnibus, et omnium nomine Romanum philosophum. Sic mihi persuasi, ita Catonem loquenter induci: (De senect. c. 21.) cum simplex animi sit natura, negre in se habeat quidquam admixtum dispar sui, atque dissimile, non posse eum dividiri. Tum suo quoque nomine profiteretur (Og. iust. l. 1. c. 29.): in animi igitur cognitione dubitare non possumus, nisi plane et physicas plumbis sumus, quin nihil sit animus admixtum; nihil concretum; nihil copulatum; nihil coagulatum; nihil duplex. Quod cum ita sit, certe nec seceri, nec dividiri, nec discripi, nec distrahi potest, nec interire igitur. Est enim interitus quasi discussus, et secretio, ac diremptus earum partium, quae ante interitum junctione aliqua tenetur. Denique (Loc. cit. c. 27.) nihil enim est in animis mixtum, atque concretum, aut quod ex terra, natum, atque factum esse

videatur; nihil ob humidum quidem, aut flabile, aut igneum. His enim naturis nihil inest, quod vim memorie, mentis, cogitationis habeat, quod et praeterit teneat, et futura praevideat, et complecti possit praesentia. — Singulare est igitur quedam natura, atque vis animi, sejuncta ab his iustatis, nosciturae naturis. Ita quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod cult, quod viget, coeleste et divinum est. Nec vera Deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quedam, et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnini sentiens, et movens, ipsaque praedita motu sempiterno. Facciat igitur Epicurus, ut juu hoc grat effatum: οὐ λέγοντες εἴη την ψυχήν μαρτιώνων insaniant, qui animam incorpoream esse dicunt.

## CAPUT III.

## De Spiritualitate Animae Humanae.

## ANIMA EST SUBSTANTIA.

CXLIV. *Animā humana est substantia*. Vel enim substantia est, vel accidens (ont. §. 125. cor. 1.); istud non: ergo illud. Ponamus enimvero animam esse accidens: erit igitur vel accidens corporis, id est aliquis substantiarum collectionis (cosm. §. 44.), vel accidens substantiae ipsius: si primum: tum cogitatio erit vel qualitas, vel temperatio quedam corporis, vel motus corporis, vel eius effectus, vel conatus ad eundem, vel modus motionis; atqui haec omnia repugnant (§. 132. seqq.). Si autem alterum: tunc anima nostra erit accidens substantiae vel infinitae, vel finitae (ont. §. 40. cor. 2.), si primum rus esse nequit; nam cum cogitationes nostrae perpetuo mutantur, mutaretur ens infinitum, quo vere mutationi subjectum non est (ont. §. 223.); deinde ipse Deus foret anima nostra, atque sic obtineret Spinosisimus refutatus (cosm. §. 41. scol.). Sit igitur anima humana accidens substantiae finitae, quod si ita; tum existit in nobis substantia quedam, in qua anima ut accidens in suo subiecto inhaerat; quare jam: quid est illud, quod cogitationem efficit? an substantia illa, an accidens istud? atqui accidenti non competit agere (ont. §. 133.); igitur substantia illa cogitationem in nobis efficit, sive quod idem est, in nobis cogitat; sed id, quod in nobis cogitat, animam dicimus (§. 4.); ergo substantia est anima, et inverso anima est substantia.

*Coroll.* Quidquid igitur generatim de substantia in ontologia dictum est, id animae quoque tribui debet, ac praecipue, quod omnis substantia sit ens simplex (ont. §. 178.). Unde nova ratione simplicitatis animae evincitur, et superior propositiō (§. praecl.) confirmatur.

*Schol.* Ducas possumus substantiarum nobis notarum species (ont. §. 179. cor.); materialium, quae sola vi motrice secundum uni-

versales quasdam in universo stabilitas leges agente pollent: sp. ritualium deinde, quarum vi non solum motus, sed etiam cogitatio, effectus totu[m] genere a motu locali diversus (§§. 131. seqq.) effici potest. Cum igitur certum sit, animam nostram substantiam esse, restat, ut definatur, ad quam earum classem ipsa pertineat; quae quidem quaestio uno prope verbo deciditur: sic enim argumentum concludo.

## SED NON MATERIALIS.

**CXLV.** *Anima humana non est substantia materialis.* Anima humana cogitat (§. 4.), sed substantia materialis non cogitat, quod ex nominis definitione patet (ont. §. 176. sch.): ergo anima humana non est substantia materialis.

*Schol.* Ut tamen materialistarum machinationibus omnem efficaciam detrahant, ratio in abo ex hypothesi, qua pono unum duntaxat substantiarum genus, elementorum nempe, ex quibus corpora coalescent (cosm. §§. 43. 46.), mibi notum esse, quaeramusque, utrum anima nostra ad eorum speciem pertineat?

NEQUE HIC SPECIE COUS SUNT ELEMENTA CORPORA.

**CXLVI.** *Anima humana non est substantia eius speciei, cuius sunt elementa corporum.* Per vim elementi nullus effectus est possibilis nisi motus (cosm. §. 5.); haec item vis motum non efficit, nisi data ab externo principio celeritate, et directione (ibid. §. 53.); unde elementum motum ex se non inchoat, nec abrumpit, nec ejus celeritatem, et directionem mutat (ibid. cor. 1.). Contra per vim animae nostrae praeter motum diversae omnino actiones possibles sunt; ut perceptiones, iudicia, ratiocinationes, appetitiones, voluntiones; multas, item actiones anima ex propria, et arbitraria determinations inchoat, mutat, abrumpit; quippe libertate gaudet (§. 124.): ergo vis animae a viribus elementorum specie differt; atqui substantiae, quae viribus specie diversis instructae sunt, inter se quoque species differunt (ont. §. 176. cor. 1.): igitur in apero est animam humanam non esse ejus speciei substantiam, cuius sunt elementa corporum.

*Coroll.* Cum elementa corporum substantiae materialis sint (cosm. §. 51. cor. 1.), etiam in hanc hypothese legitime, et invicte concludo, animam humanam non esse substantiam materialem.

*Schol.* Nihil latet in hoc ratiocinio, quod cum ratione in dubium vocari possit, nisi quis velut imprudenter scepticus esse, aut ideas deserere, quas habemus, et ex quibus unice philosophandum est. Quis, queso, hoc meum ratiocinum suggerit: aurum habet proprietates specie diversas a proprietatibus argenti; vim in item a proprietatibus aquae; sed quae proprietates specie diversas habent, specie inter se quoque differunt: ergo aurum ab argento, et num ab aqua specie differt. At vero si istud ratiocinum firmum sit, necesse est, ut et alteri sum probur constet; utrinque enim proprietate specie diversae a posteriori per experientiam nota adducuntur, quamvis hic aliqua rationis conclusio a priori subve-

nit. In corporibus nimirum omnia per motum, vel conatum ad eundem effectu experimur; cogitationes, aut volunties liberae ne vestigium quidem existat; sine ratione autem philosophus nullam facultatem, aut proprietatem eni[m] tribuit, cum lex certa sit: sine necessitate neque entia, neque entium qualitates multiplicanda esse. Quid? quod experimur corpora motum sine determinatione exteriorum, aut directionem immutare, quae ratio positive evincit ipsis liberis volunties minime inesse. Cum igitur vis corporis sit vis ipsorum elementorum, quae de hac in demonstratione dicta sunt, cum experientia indubitate consentiunt (conf. cosm. §§. 51. 52. 53. sch.). Opposita omnia nobis de anima tum per experientiam, tum per legitimas ex illa consecutiones innotescunt. Nonne experimur in arbitraria animae potestate, sicut esse, de rebus diversissimis cogitare; longa, ac sublimia ratiocinia ei inchoare, et continuare, et abrumpere; ab aliis abstrahere, ad alia reflectere, et reliqua, quae psychologia empirica enarrat; atque istud tum etiam, cum nulla actione externa sensuum organa pulsantur? nonne experimur, ad nutum animae jam brachium, jam pedem, jam aliam corporis partem moveri, aut totum corpus in alium locum transfigri, idque ea celeritate, et ea directione, quam ipsa ultra, ac pro arbitrio elegerit, quamquam ipsa singulis momentis eadem liberrima potestate mutare potest? et quamvis de anima a corpore separata experientiam capere non licet, nulli tamen de fundamento eidem vis se ipsam sine determinatione externa de loco in locum transferendi denegari potest. Pertinet certe huc illud Tullii alias a nobis allatum (Q. t. l. 1. c. 23.): sentit animus se moveri, quod cum senti, illud una senti: se sua si, non aliena moveri. Et quod idem de Platone scribit (De nat. Deo. l. 2. c. 12.): Audiamus enim Platonem, quasi quendam Deum philosophorum; cui duos placet esse motus: unum suum; alterum externum: esse autem divinum, quod ipsum ex se sua sponte moveatur, quam quod pulsu agitur alieno. Hunc autem motum in solis animis esse ponit, ab hisque principium motus es- se ductum patet.

## IGITUR SPIRITALIS.

**CXLVII.** *Anima humana est substantia spiritualis.* Anima humana est substantia (§. 144.); igitur vel materialis, vel spiritualis, alterius siquidem ideam non habemus (conf. ont. §. 179. cor. 1.); atqui anima humana non est substantia materialis (§§. 145. 146.): igitur substantia spiritualis, sive spiritus sit, necesse est.

*Coroll.* Nihil igitur agit recens Epicurus (*L'Esprit, disc. 1. pag. 6. not. 16.*), cum affirmare pronunciare, immaterialitatem, seu spiritualitatem animae problema esse, quod, nisi probabiliiter, resolvi negeat.

*Schol. 1.* Erunt, opinor, nonnulli, quibus haec ratiocinandi ratio,

quae ego in demonstrationem trium propositionum, ac praesertim primae (§. 145.) secutus sum, non probabitur: quererent mirum me tanti ponderis causam unius prope voculas impossuisse, gravissimamque de spiritualitate animae item ad inanem logomachiam detorsisse. Ego autem sic existimo: totum rei momentum in eo solum veri, ut invicte demonstretur animam, et substantiam, et ens simplex esse; unde incorruptibilitas, quae necessarium praerequisitum naturalis immortalitatis est, ut alias viderimus, pendet: reliqua omnino ad item de nomine non definiendam, nisi ex usitate vocabulorum usu, devolvit. Cum enim jam liquido constet animam substantiam simplicem esse, quaestio illa: *utrum anima spiritus sit, an materia non aliunde resoluti aut potest, aut debet, nisi ex nominali utriusque definitione, constituta numerum vera vocabulorum spiritus et materiae significatio*. Ac certe via in omnibus hujus generis litibus definendi progredimur; quaeratur, an res quaepiam ad animalium, an ad plantarum genus pertinet? nonne constituta utriusque generis notio, et proprietatis rei illius per experientiam detecti questionem decidis, quin illo scrupulo angari, non fortasse occultas quaeipam proprietates latenter? Jam vero ego primum animae a corpore distinctionem (cap. 1.) tum eius simplicitatem (cap. 2.) denique et substantialitatem (§. 144.) argumentis omnino invictis patefeci: quid igitur restat? ut spiritualitas quoque demonstretur. At vero, o bone, quid tu per spiritum intelligis? edic, ut quid demonstrandum sit, notum. Nonne anima recte dicetur spiritus, si eam habuerit proprietatem, quam haec vobis exprimirimus? nonne materia non erit spiritus, si haec proprieitate caruerit? nonne anima non erit materia, si sibi proprietatis, quae vulgo materialia tribuimus, destituta fuerit? Jam ad rem: per spiritum vulgo omnes intelligent ens simplex cogitans, habensque potentiam inchoandi motum; per materiam ens cogitatione, et potentia motum inchoandi destinatum, quam notionem experientia supeditat. Atqui anima est ens simplex, et cogitans, habensque potentiam inchoandi motum, quorum illud demonstratione, haec experientia nota sunt: igitur recte dico, animam esse spiritum, non esse materiam. Leibnitiani quidem ad notionem spiritus intellectum, et voluntatem requirent: verum istud opinioni meae nihil officit; imprimit enim anima nostra et intellectu, et voluntate gaudet: deinde illi inter spiritum, et materiam ponunt ens immateriale, cui facultatem cognoscendi, et appetendi inferiorem solum tribuunt. Est attem in re omnino idem, si omne ens cogitans vocetur spiritus, tumque spiritus distribuatur in eum, qui facultati duxit inferiori, et in eum, qui facultate cogitandi tam superiore, quam inferiore pollet. Sed haec omnia in sequenti capite clariora erunt: ergo interea quibusdam materialistarum dubitationibus satisfaciem.

SATISVIT DUBITATIONIBUS.

Schol. 1. Ajunt 1.) concipi non posse, quonodo anima, si spiritus

sit, uniri possit cum corpore, cum nulla inter spiritum, et corpus proportio appareat.

R. Tametsi nulla hic detur proportio, quae in similitudine naturalium consistat; datur tamen talis proportio, qualis dari potest inter subjectum et formam. Corpus et spiritus sunt quidem entia in genere diversa; at corpus tamen habilitatem habet, ut tamquam subjectum a spiritu velut forma perficiatur: quare uniri possunt, potestque ex hac unione *unum per se extirgere*. Neque obest, quod huius unionis modum non perspiciamus; nonne multo obscurior est, quo modo corpus, aut materia cogitare possit? deinde argumenta a nostrâ ignorantia desumpta contra claram veritatem nullum habent pondus. Sapientia Tullius: *illud modo videto, ut Deum noris, et si ignoras et locum, et faciem: sic animum tibi tum notum esse oportere, etiam si ejus ignores, et locum, et formam.*

2.) Anima ita recipitur in corpore extenso, ac divisibili, velut forma in subjecto; sed id certe fieri nequit spiritui, qui et simplex est, et inextensus.

R. Anima ita recipitur in corpore, ut ab eo famen, in existendo non pendeat; sed recepta quoque in eo per se existat. Est quippe anima forma substantialis, ac proinde ens per se existens, quod nulla ratione ab aliis substantia, vel corpore in existendo pendere potest: quare ipsa non ea ratione in corpore recipitur, quia aliae formae accidentiales in suis subjectis, a quibus ita pendent, ut inde separatae pereant, recipi solent. Anima etenim solum corporis forma est, quatenus eidem dominatur, illud regit, eoque tamquam instrumentum ad res externas percipiendas, et motus spontaneos exercendos sufficit. Quin si accurate loqui velimus, eam non tam forma corporis, quam hominis dici debet, id est, illius compositi, quod homo dicitur. Per unionem quippe animae cum corpore novum quoddam compositum ex duplice haec pars constans exsurgit, in quo cum anima sit pars nobilior, atque ea, quae ipsum compositum ad hanc speciem determinat, id est, efficit, ut sit huius potius, quam alterius speciei compositum, quod cuivis formae proprium est, ipsa vero sensu forma huius compositi, sive hominis dicitur. Differit tamen ab aliis formis nobis notis, quod illae, demissa brutorum anima, accidentiales sint, et in sola subjecti modificatione consistant.

3.) Summa est animam inter, ac corpus harmonia, ita, ut mutuis bonis, ac malis afficiantur, item ex proportione vires animi augentur, ac minuantur, quo corpus roboretur, ac debilitatur; haec omnia in spiritualiter naturae minime cadere posse videntur. Est haec argumentum Philosophi Berolinensis ex Lucrecio deponita.

R. Harmonia illa non ex naturarum similitudine, sed ex mirabili prorsus unione inter animam, et corpus proficiuntur. Vis deinde animae interna, ac potentia agendi remota semper eadem manet; quaeque dicta proportione augetur, vel minuitur, potentia ipsius